

1947 C. Pápius C. l. | Salvius. || C. Pápius C. l. | Apelles argent., | accensus P. Sili¹ cos. || Pápiai C. l. | Cleopatrai | patronus | dignae posuit. *Capuae (X 5877 vedit Mo.). — 1) Significatur aut is qui fuit consul a. 5 p. Ch., aut is qui a. 28.*

1948 C. Iulius divi Aug. l. | Niceros Vedian. acces. (*sic*) | Germanico¹ Caisar. cos. et | Calvisio Sabino¹ cos. | Iulia L. f. Helice | vix. ann. XX. || C. Iulius Aug. l. Amaranthus | sibi et Iuliae C. l. Clarie et | Iuliae C. l. Mercatillae | delicio meo. | Iulia Euheteria | Helices mater.

Romae in eodem columbario in quo N. 1588 (VI 1963. 5180 vedit Henzen). — 1) Germanicus consul fuit a. p. Chr. 12 et a. 18, Calvisius Sabinus a. u. c. 750, filius eius eiusdem nominis (cf. supra N. 925) a. p. Chr. 26. Videntur intellegi consulatus annorum 18 et 26 p. Chr.

1949 M. Aurelius Cottae | Maximi¹ l. Zosimus, | accensus patroni.
Libertinus eram, fateor; | sed facta legetur |
patrono Cotta nobilis umbra mea. |
Qui mihi saepe libens census donavit | equestris,
qui iussit natos | tollere, quos aleret |
quique suas commisit opes | mihi semper, et idem
dotavit | natas ut pater ipse meas, |
Cottanumque meum produxit | honore tribuni,
quem fortis | castris Caesaris emeruit. |
Quid non Cotta dedit? qui nunc | et carmina tristis
haec dedit | in tumulo conspicienda meo. |

Aurelia Saturnia Zosimi.

Ad viam Appiam rep. in agro Albano (XIV 2298 descr. Gatti). — 1) M. Aurelius Cotta Maximus postea dictus Messalinus, consul fuit a. p. Chr. 20.

1950 L. Calpurnio | Calai | viatori tribunic., | accenso a patron., | idem alleクト | IIIИИvir. Aug. | vetere Fabrateria, | et | Baibiai | Proculae | contubern[ali].

Veronae (V 5554 vedit Mommsen).

1951 L. Nummius | L. l. Chilo | accensus bis.

Romae, nunc Potsdam (VI 1963 vedit Mommsen).

1952 L. Licinio | Secundo¹ | accenso | patron. suo | L. Licin. Surae² | prim. secund. | tert. cons. | eius, IIIИИvir. | Aug. col. I. V. T. | Tarrac. et col. F. l. A. P. Barcin.³, | ex d. d. Barc.

Barcinone (II 4536 duo lapides eadem inscriptione inscripti, quorum alterum vedit Huebner). — 1) Eidem Licinio Secundo multi alii tituli similiter concepti positi sunt Barcinone (II 4537—4548 II S. 6148. 6149), plerique ab hominibus privatis, nonnulli a municipiis Hispanis vel a collegiis. — 2) De Licinio Sura et de tribus eius consulatibus cf. supra N. 1022. — 3) Seviro Augustali coloniae Iuliae Victricis Triumphalis (cf. Huebner C. II p. 558) Tarragonis et coloniae Faventiae (cf. Plin. h. n. 5, 22) Iuliae Augustae Piae (cf. Huebner l. c. p. 599) Barcinonis.